



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

- ¶ Amplia quinto, vt procedat in pacto nudo donationis propter nuptias. Ita Cyn. & Bal. in Authen. eo. decursum. C. de donat. ante nup. quos sequitur Ioann. Bapti. Caccialupus in tract. de pac. q. 17.
- ¶ Amplia sexto, q̄ in tantum procedat, q̄ etiam donatio hodie est contractus nominatus, secundum gl. in l. in ædibus, in §. e rebus. ff. de dona. Ita concludit Rip. in d. l. ff. q. xxxv.
- 7 Septimo amplia, vt nō solū procedat, q̄ datio vel traditio interueniret in pacto, sed et si in illo pacto nudo donationis factū pmittatur. Ita tenet Ale. in l. iuris gentiū. §. sed cū nulla. ff. de pactis reprobata opinione Bar. qui contrariū tenet in l. si vnus. in §. pactus ne peteret nu. 12. ff. de pac. de quo vide Foru. Garcia in c. j. nu. 38. de pac.
- 8 Octauo amplia, etiam si donatio sit mista cum cōstituto: exemplū potest poni, quando debens centum scienter constitueret ducenta: nā respectu centum prius debitorum erit constitutum, & respectu aliorū centum erit donatio, quæ etiam nudo pacto producit actionem. glos. & Bar. in l. hætenus §. si quis centum. ff. de constit. pecu.
- ¶ Limita primo, vt non procedat in pacto de donando, quia tale pactum non produceret actionem, cum aliud sit donatio, aliud pactū de donando: Ita tenet Salt. in l. ij. ff. de condi. ob. cau. Imo. in l. in hædibus. in §. j. col. j. ff. de dona. Alex. in l. iuris gentium. col. pe. ff. de pac. Galiaula in Rubr. ff. de verb. obl. in 4. q. Aret. in cons. 28. Mathe. in notab. xlvj. Purpura. in l. j. nu. 65. ff. de iurisd. omn. iud. que limitatio est tenenda, quanuis Foru. Garcia in l. legitima. in ij. col. & in l. iuris gentium. nu. 31. ff. de pac. tenuerit contrarium.
- ¶ Secundo limita, vt non procedat in pacto nudo donationis presump. Ita tenet Bartol. in l. iuris gentium. in §. quini mo. ff. de pact. Ale. in l. si aliquam rem. vbi Clau. de Seyfello. nu. 5. dicit istam esse communem opin. ff. de acquiren. poss. Soci. in cons. 44. circa fi. vol. 4. Iacob. de Nigris videtur etiam tenere hanc opin. in l. j. in iij. fundamēto 4. limitationis ad Regulam, q̄ dominium rei legatę transit recta via in legatarium. ff. de leg. j. Paul. de monte Pico in reper. l. in quartam. col. xxxj. ff. ad l. Falcid. Quam limitationem declara vt procedat de iure ciuili, non autem de iure canonico: Ita idem Galiaula, licet sub dubio firmat in d. R. ff. de verb. obl. quod audacias ante eum tenuit Corn. in cons. 228. vol. 3. nu. 15.
- ¶ Tertio limita, vt non procedat in casu posito a Mathe. in sing. 27. incip. nota quod si promitto.

REGVLA XX.

ACTOR tenetur ædere reo instrumenta ad exceptionem fundandam. Hanc Regulam ponit Bar. in l. & quia diuo. nu. j. in j. lect. C. de æden. per rex. in l. non est nouum. & in l. iustum eo. ritu. quem sequitur Alex. ibi. Hanc regulam dicit esse communem, & latissime eā examinat Franc. Purpur. in d. l. & quia diuo. vbi eam quadrupliciter limitat a nu. 8, vsque ad nu. 16.